



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

ABDISU, *R.D. patriarchae orientalium Assyriorum De sacro oecumenico Tridentini Concilio approbatio, & professio, et literae illustrissimi domini Marciantonij cardinalis Amulij ad legatos sacri Concilij Tridentini. MDLXII*, Riva del Garda, Jacob Marcaria, 1562.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T o op f 35

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/26>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.

Misc. T.C.C. 91.

C MISC 67

R. D.
 PATRIARCHÆ ORIENTALIVM
 ASSYRIORVM DE SACRO OECVMENICO
 TRIDENTINI CONCILIO

Approbatio, & professio, ET Literæ Illustrissimi Domini
 Marciantonij Cardinalis Amulij ad legatos
 Sacri Concilij Tridentini .

M D L XII



RIPAE:
 M D L XII



R. D.

PATRIARCHE ORIENTALIS
 LITTEARUM ET ARCHIEPISCOPI
 APOSTOLICE SEDIS
 APOSTOLICE SEDIS
 APOSTOLICE SEDIS
 APOSTOLICE SEDIS



A. D. L. X. I. I.
 A. D. L. X. I. I.

LITERAE ILLUSTRISSIMI DOMINI

MARCIANTONII CARDINALIS AMV

hi ad Legatos Sacri Concilii Tridentini super professione
fidei Patriarchæ Assiricorum Orientalium .



EVERENDISSIMI ET Illustrissimi Domini Cel-
lendissimi, Reverendus Dominus Abdisu Assyriorū orien-
taliū Patriarcha, electus a clero, et eorum Populorum cō-
sensu, qui finitima Tigri flumio loca incolunt, Turcarum, &
Persarum Imperio subiecti, anno superiore, ut confirmare-
tur a Pontifice Maximo, ad urbem se contulit, cum qui lite-

ris, ac testibus fidedignis cognita eius electio, & probitas esset, ac per mul-
tos non solum dies, uerum etiam menses absolutam nostrorum rituum cogni-
tionem, a quibus antea in nonnullis, non quidem grauibus, dissenserat, a ca-
tholicis, & eruditis hominibus accepisset, tandē (proponēte me) a S. D. N.
frequenti Confistorio, Patriarcha, & Pastor illorum populorum declaratus
est: Cum prius se nunquam a sanctissimis sedis apostolicæ Decretis esse dis-
sensurum, aut discessurum, solemniter de more, confessione, & iure iurando
pollicitus est. Quarum rerum memoria literis diligenter consignata, in Ar-
chiuio custoditur: Quod nisi senio iam confectus redire ad suos, impe-
trata primum a S. D. N. licentia, properasset, ut eos Eccle. Doctrina plenius
instrueret, ad sacrum Concilium profectus esset, ut istic fidem catholicam,
suamque erga sedem apostolicam singulare studium, & obedientiam profito-
retur: Abeunt enim summus Pontifex ipsum, suosq; præbiteros, & Diaco-
rum uestimentis, & rebus omnibus ad eius sacerdotium pertinentibus, &
Viatico est profectus. Huius uiri eximiam in Deum pietatem, optimum-
que de uera fide sensum, cum in multis alijs, tum in eo perspeximus, quod cum
discederet, petijt studiosissime, ut istius Sacri Concilij Canones, & Decreto
perferenda ad eum curaremus: se enim quicquid in Concilio statutum erit,
omnino seruaturum promissit, daturumq; operam, ut omnes sui seruent, & Chi-
rographo suo caldaica lingua confecto, quod latine exploratum cum his lita-
ris mittimus confirmauit. Nos autem libenter fecimus, ut eius probitatis,
prudentiæ, eruditionis, ac nobilitatis testimonium his literis daremus. Nam
ex celeberrima ortum familia, opibus etiam pro loci ratione abundantē, iam
sexagenariū, nec aliā ob causam tam longum, tamque difficile, ac periculosum
uer suscepisse, nisi, ut uisitaret Apostolorum limina, & Pontificis maximi pe-
dibus osculum ferret, optimāq; erga hanc sedem uoluntatem ostenderet, per-
spicue cognouimus. In itinere semel a curdis Populis, his a Turcis male ac-

ceptū, ac fustibus percussū esse, satis constat. Hic sepe de sacris literis in-
 terrogatus, grauius admodū, & copiose respondit, magna omnium admira-
 tione, qui sententiā eius verborū ab interprete audiebant: nominabat, eos-
 que se habere dixit, libros omnes ueteris, & noui Testamēti, etiam quos hæ-
 brei, aut hæretici non probant, antiquos Doctores græcos, & latinos eosdem
 fere, quibus nos utimur, caldaice, syriace, aut Arabicæ uersos diligenter le-
 gisse, non nullos etiam, quorum nomina a nobis ignorantur. Addebat hoc,
 in Caraemiet Turcarum Ciuitate libros esse ab ipsa fere Apostolorū ætate
 conscriptos, qui nunc in quadam Bibliotheca custodiuntur. Summā pro-
 fecto Dei beneficentia licet agnoscere, quod in tam longinquis Regionibus,
 quæ uobis uix fama notæ sunt; uere fidei cultus ad huc uigeat, et Christiana
 Religio nō minore fortasse, quam apud nos pietatem excolatur, conseruata
 Doctrina; quam per ea loca Beatorū Apostolorum Thomæ, & Thadei Pij
 sermonibus disseminatam, & Marrij eorum Discipuli prædicationibus cō-
 firmatam, hic Patriarcha ita asseuerabat, ut etiam id se scriptis probaturū
 promitteret. Sacramentis aiebat uti se, ac Populos illos iisdem fere, quibus
 nos, confessione articulari, precatione pro salute Mortuorum, canonæ ijsdē
 fere uerbis in celebrāda Missa, consecratione prorsus eadē, imagines quo-
 que sanctorum pij precibus uenerantur. Fideles autē huic Patriarchatui
 subiectos dicunt esse usquo ad ducentamilia, quo argumento etiam, præter
 sexcenta alia, inania improborum hæreticorum commenta resiliuntur, cum
 per annos mille Quingētos ecclesię dignitas, ac doctrina salutaris apud
 genti a nobis tot Terrarum interuallo disiunctas, in tanta rerum, Regum,
 & Regnorum mutatione Religionis uarietate, sub infidelium graui, ac ingi-
 per iniurias, & Contumelias uexatione, in medio Barbariæ, eadem tamē ad
 hanc diem permanserit, quæ nunc a gentibus nobis propinquis oppugna-
 tur. Sed hæc quanti sint, at que adeo quantum sint, Domin. Vestræ illustris-
 sime ponderabunt. Ego uero de S. D. N. mandato, confessionē ipsius Pa-
 triarchæ de obedientia sacro Concilio præstanda, cum his literis mitto, eis-
 que me humillime commendo. Romæ die xxviii. Augusti.

M D L X I I

D. V. Illustrissimam & Reuerendissimam

Humilissimus Seruus Marcus antonius Cardinalis Amulius .

A tergo uero, Illu. & Reuerendissimis Dominis Colendissimis DD. Caro-
 dialibus Legatis Sacri Concilij Tridentini.

PROFESSIO FIDEI R. D. ABDISV

Patriarchæ Assyriorum Orientalium &c. facta sub

S. D. N. Pio Papa Quarto,

CONFESSVS sum puro corde, & fide non ficta coram Reuerendissimis & Illustrissimis Dominis Michaelæ, Tituli sanctæ Sabine, Alexandrino, & Marcoantonio Tituli Sancti Marcelli, Amulio, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Præsbyteris Cardinalibus, in hanc formâ videlicet.

EGO Abd, Isu, filius Ioannis de domo Martia ex Ciuitate Cezira in Tigri flumine, olim Monachus ordinis Sancti Antonij, Monasterij Saxfforum Rahæ, & Ioannis fratrum, electus Primas siue Patriarcha Ciuitatis Muzal in Assyria Orientali, iuro, quod ita corde credo, & ore confiteor, Sanctæq; Romanæ Ecclesiæ fidem, approbatis omnibus, & singulis illis, quæ ipsa approbat, & damnatis similiter omnibus, quæ ipsa damnat, amplector, & perpetuo me amplexurum, & retenturum esse profiteor, & promitto, et omnes fratres meos Metropolitans, siue episcopos, ac Diocesanos quouis modo meæ iurisdictioni subiectos, ita credendum, & tenendum esse docebo, et modis omnibus, quibus potero, persuadere conabor, ita me Deus adiuet, ut hæc Sancta Dei Euangelia. In quorum omnium fidem, hanc meæ fidei professionem, & attestationem manu mea scripsi, & subscripsi coram Reuerendissimis, & Illustrissimis Dominis .D. Michaelæ tituli Sanctæ Sabine, Alexandrino, & D. Marcoantonio tituli Sancti Marcelli, Amulio, vulgariter nuncupatis, S. R. E. Præsbyteris Cardinalibus.

Romæ die vii. Martii M D L XII.

Fides publica de iis, quæ in infrascripto scripto continentur.

ANNO Domini M D L XII. Die xxiii. Iulij, Romæ Coram Illustrissimo, & Reuerendissimo Cardinali Amulio, constitutus Reuerendissimus Dominus Abdisu Patriarcha de Muzal, in Assyria, confessus est hoc scriptum inclusum, lingua, & characterè Caldaico, siue Syriaco exaratum, manu sua propria esse conscriptum, cuius rei fidem fecit Dominus Ioannes baptista Abiscinus Indus interpres, & præsentibus etiam Testibus infrascriptis, confessus est se uelle obseruare totum id, quod in scripto huic inserto continetur, & de ipsius uoluntate in præsentia Testium infrascriptorum, & de mandato

Illustriſſimi Domini mei ut ſupra; propria manu fidem facio, ut poſſint hæſcripta autentica mitti ad ſacrum Concilium, & inde conſici publica documenta, ſi opus fuerit, & idem etiam latina lingua verſum adiunxi.
 Romæ in Aedibus Illuſtriſſimæ Domini Cardinalis de Urbino.
 Ita eſt Marcus Antonius Cardinalis Amulius.
 Ego Bartholomeus Buſtachiꝝ Sanctoſeuerinus, affirmo ut ſupra.
 Ego Antonius Ioannotius, affirmo ut ſupra.
 Ego Chriſtophorus Auicinius, affirmo ut ſupra.

Ego Aurelius Saignanus de mandato.

Patriarcha Aſſyriorum Orientalium iurat ſe credere recipere, & tenere omnia Decreta Conciliorum, præſertim Triden. &c.

Ego Abd Iſu filius Ioannis de domo Mattia ex Civitate Cezire, in Tigriſumine olim monachus Sancti Antonii, Monafterii Sanctorum Raha, & Io. fratum, nunc Dei, & Apoſtolice Sedis Primas, ſive Patriarcha civitatis Muzzal, in Aſſyria Orientali, ſub cuius iuriſdictione multi Metropolitæ Episcopopi, & Dioceſani continentur. Vt. Arbel Metropolis: Sirana, Hancana Episcopatus: Cheptiâ Metropolis, Caramleys, Achuſch episcopatus; Naſſybin Metropolis, Macchazzin, Tallescani, Mardin episcopatus, ſceert Metropolis: Azzen episcopatus, Elcheſſen Metropolis, Zuch, & Meſciara episcopatus; Curgel Metropolis, eſci episcopatus; Amed Metropolis; Chiaruchia, Haym Tannur episcopatus; quæ omnes ſimul regiones ſubſunt Turcarû Imperio, Ormi ſuperior Metropolis, Vſcimi, et Cuchia episcopatus, Ormi inferior Metropolis, Durra ſoldos, Eſcimb episcopatus, eſpurgan Metropolis, Nare, Cien nenc episcopatus, Salamas Metropolis, Eaumar, Sciabathan, Vaſth an episcopatus, omnes Perſarum Regi, nullo ſophi nuncupato ſubieſti; In India vero luſitanis ſubieſta, Cuſchin Metropolis, Cananor Metropolis, Goa Metropolis, Calicut episcopatus, cui ſubieſt carongol civitas, quæ adhuc ab idolatris, et ethnicis hominibus poſſidetur. Iuro, & polliceor cum mihi non liceat ad Sanctam Sacram Tridentinam Synodum accedere, ſed neceſſe fit, ut ad Patriarchatum meum me transferam, qui meo eget auxilio; & hinc cuſtode me abſente, permanet, Minus enim Eccleſiarum Præſulis eſt, animæ ſibi ſubieſtas quotidie in Sancta Chriſtiana fide inſtruere, et meribus, vitæ & integritate eas in fide confirmare, ne grex ſibi cõmiſſus Paſtoris regimine de-

Stitutus, in varios incidat morbos, quod eo facilius gregi meo accidere posset, qui cum sit sub infidelium tyrannide, adhuc multos in Christiana fide imbecilles tenet, & quotidie, etiam mea diligentia Dei gratia cooperante, ampliari potest. Cumq; difficile fratres mei Metropolitanæ Episcopi, & Diocesani, qui tam longe absunt, possint in hanc sacram Tridentinam Synodum conuocari.


Ea de re, ita meo, quam eorū nomine, quos omnes ex corde Sanctæ Romanæ catholicæ ecclesiæ partes tenere non dubito, inherendo iuramento fidelitatis, alias per me confecto, siue per me præstito.

Iuro inquam, & polliceor, omnia nos tenere, & credere, quæ in sanctis Oecumenicis Concilijs hucusq; sunt acta, & secundum eorum decreta promissio omnes filios nostros instituire, & præcipue in ijs, quæ in sancta Sacra Oecumenica Tridentina Synodo terminabuntur. De cuius legitima congregatione nihil poenitus dubito, sed ei, & meo, & eorum nomine reuerenter, & humiliter me subijcio, uocatusq; ad hanc, seu ad aliam Sanctam Synodum, cum dictis fratribus meis libenter semper accedam, sic me Deus adiuet, & hæc sancta euangelia.

3-13

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.





BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

T
0
op. f
35

Misc. I. c. c. 91

32

200

334

R. D.

PATRIARCHAE ORIENTALIVM

ECVMENICO

NCILIO

striffimi Domini


et legatos

xrite

colorchecker



MSCCPPCC0613



RIPAE:
M D L X I I I

